

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

OBISPADO DE OSMA.

En estos dias hemos recibido la siguiente comunicacion, por la cual se ve que el Padre Santo dispensa á los que no tienen el Indulto de Carnes, para que puedan comerlas el viernes, dia de la Asuncion de Nuestra Señora, deseando que los dispensados recen en compensacion, la tercera parte del Rosario segun la mente de Su Santidad. Los señores Párrocos y Ecónomos harán saber esta disposicion á sus respectivas feligresías, pero advirtiéndoles que la vigilia de la Asuncion no se dispensa á nadie.

Burgo de Osma 4 de Agosto de 1890.

Pedro María, Obispo de Osma.

SANCTAE ROMANAЕ ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS

EPISTOLA

AD OMNES LOCORUM ORDINARIOS

Cum festum gloriosæ Assumptionis B. Mariæ Virginis hoc anno in feriam sextam incidat, Sanctissimus D. N. Leo divina providentia PP. XIII, precibus a plerisque locorum Ordinariis Ei porrectis annuens, omnibus, quotquot sunt in orbe, Christifidelibus indulgere dignatus est, ut carnibus ea die vesci possint, firmo præcepto ieiunii in eiusdem pervigilio. Optat autem Sanctitas Sua ut hanc benignitatem iidem fideles compensare studeant tertia Rosarii parte iuxta Ipsius mentem recitanda. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ die 25 Iuli 1890.

R. CARD. MONACO.

CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Dia 6 de Junio.

CASO. *F., Sacerdos, admodum festivus, saepe de venialibus dicit: parum pro nihi'o reputatur. Hinc est, quod vix de custodia sensuum, precipue lingue et oculorum, curat. mulierum vultum etiam voluntarie aspicioendo, ex quo linguæ tentationes et carnis motus insurquunt, circa quos mere passim quandoque se habet. Hoc in sl.tu, non sine anxiate de consensu in illos saepe celebrat Quid de hoc Sacerdote dicendum?*

SOLUCION. De Sacerdote F. absdubio dicendum in mala dispositione versari, nec non in maximo graviter peccandi perculo, juxta Ecclesiast.: Qui spernit modica: pauplum, dec det; et quamvis per se loquendo aut speculative, non peccet mortaliter qui sola mortalia vult vitare, quin de omittendis venialibus quid quam curet; tamen secus statuendum. si adsit contemptus, vel periculum proximum labendi in mortale, maxime habito respetu ad praeteritam experientiam. S. Alf. L. 4.^o, 12. Et revera quidem, attenta humana fragilitate adinodum difficile in praxi videtur eum in mortalia non ruere, pæsertim vero cum parum curet de sensuum custodia et occasionum fuga, ut in casu. Quad carnis motus omnes auctores tradunt non semper adesse obligationem eisdem positive ac directe obstandi, nisi experientia constet resistantiam mere passivam ad eos vitandos minime sufficiere, nec diuide causa licita adsit ex qua praeter intentionem sequi possint, ut ex. gr. studendo vel confessiones audiendo, quod de F. asservavit, cum omnino voluntarii ipsi fuerint in mulierum aspectu; mirum proinde non esse debet ipsum anxietates angoresque conscientiae sentire, quare optime facere, immo et teneretur ad pænitentiam accedere ante celebrationem. In dubio autem de consensu in illos carnis motus, judicium in ejus favorem tantum reflecti posset, si alias positive talibus motibus obstisset, si sit timoratae conscientiae, nec soleat letaliter peccare, quod ex praeteritis confessionibus ejusque agendi ratione conjici poterit, sic communiter?

Dia 19 de Junio.

CASO. *G. rem profanam in cæmeterio furavit; pluries in materia lascivie delectationes morosas in ecclesia habuit: et unico actu de familia, quæ octo membris consistebat, famam detraxit. Postea vero prefata peccata, loci sacri ci: cunstantiam in duobus primis, et membrorum familie in tertio, tacendo, continebat. An bene confessus est? An integra fuit ejus confessio?*

SOLUCION. Ex iure canonico sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, aut non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. Plures tamen autores, quos inter Lugo et Lessius, censem sacrilegium non esse furari rem non sacram de sacro, quæ casu in ecclesia reperitur, vel ipsius ecclesiæ custodæ commissam non est, quia res illa anfertur materialiter in

loco sacro, sed non de loco sacro, Alii aulem, ut Salm., S. Lig., Scavini, etsi probabilitatem illius sententia non inficiantur, asserunt tale furtum sacrilegium esse, nam revera subripitur non sacrum de sacro; et cum hic non attendatur res, sed loci sacri violatio per furtum, certo dici debet adesse sacrilegium. Hi verum admittunt dari posse peccatum grave in genere furti, et leve in genere sacrilegii. Quoad peccata mere interna in ecclesia admissa, cum non videantur locum sacrum specialiter afficere, omnes conveniunt non esse sacrilegia, nisi excipias desiderium peccandi externe in ipso loco sacro. Ad tertium dicendum, inter auctores pariter disceptari an unum vel plura committat peccata qui unico ac indiviso actu plura objecta physice et materialiter diversa laedit; plurimi dicunt unum esse peccatum, quia tunc unitas vel totalitas actionis, non pluralitas objecti spectari debet, et quia ille unicus actus unam eamdenque virtutem generali laedit, quare diversitas objecti erit tantum circumstantia aggravans. *Lu o, Suar Laim.* Alii contra docent tot esse peccata in uno actu distincta, quot sunt objecta talia diversa, licet materialiter tantum plura, quia tunc plura laeduntur jura totalia, et ille unicus actus moralis aequivalent pluribus malitia et numero: aliunde actus humanus moralitatem sumit ab objecto; ubi ergo plura laeduntur diversaque objecta totalia, etsi eiusdem generis, plures adsunt injustitiae. *S. Lig., Salmiū, Scavini.* Jam vero; si onus incertum nequaquam pénitentibus imponi debet, ut communiter traditur, cum ex dictis non certo constet de pluribus peccatis gravibus a G. patratis, placuisse est nec ihi obligationem certam eadem confitendi imponendū esse; ac proinde solutio casus apertissima est, bene scilicet integreque ipsum fuisse confessum.

Dia 3 de Julio.

CASO. H., Sacerdos Missam licet in oratorio privato et hora duodecima in Sabbato Sancto celebravit, Introitum de Dominica Resurrectionis sumens, et reliqua prout in missali, omissis prophetiis et ceteris, quae luctum significant. Item, in praefata missa S. Communionem administravit. An bene egit H? An aliquando missam privatam in triduo majoris hebdomadæ celebrare licet, praesertim in Sabbato Sancto, et quomodo in casu ordinanda Missa?

SOLUCION. Nisi H. speciale privilegium celebrandi haberet, male seges sit, dum in sabbato sancto celebravit, cum in actuali Ecclesiae disciplina omnino prohibitum sit in memorato die privatim celebrare; et etiam in casu privilegii nec debuit nec potuit sumere vel legere Introitum Paschæ, sed ipsius sabbati, nec non tenebatur quoque Vesperas intra Missam recitare, prout ibi notatur, omissis prophetiis aliisque. Secundo pariter privilegio, et si in Ecclesia illa nota erat consuetudo communicandi, ei minime licuit Eucharistiam ministrare eodem sabbato Sancto, prout a S. C. R. 22 Sept. 1837, et 22 Martii 1866 declaratum fuit. *Nihilominus ipsu[n]et S. R. C. 13 Januarii 1882 decretum edidit vi cuius in loco, ubi adhuc consuetudo, sacerdotes non celebrantes, possunt, immo et tenentur fili libris communione praebere in hac die ex particulis consecratis, et post cantum Gloriæ in excelsis. In illo sacro triduo non licet celebrare; Et scopus tamen ratione præcepti Misæ adimplendi potest permittere ut aliqua sacra fiant in Cœna Domini; in die Parasceves nunquam celebrandum.*

Dia 17 de Julio.

CASO. I., *Sacerdos, de liberalium morte admodum gaudet. et etiam eam ob bonum inde Ecclesiae et patriæ sequuturum illis desiderat; immo pluries apud se dicit: si prohibitum non esset, plusquam unum ex illis o vivis suscipuisse. Alias, ex confessionibus paschali tempore nimis lassatus, etiam interius ait: si obligatus non essem, nec officium divinum recitarem. Quid ergo? Peccavitne et quomodo in singulis casibus I.?*

SOLUCION. Sacerdos I. de gravi peccato non est arguendus in prima casus parte, nempe in gaudio et desiderio de liberalium morte, quia, nisi hœc restringantur ad ipsorum tantum mortem, nec gaudium nec desiderium dici possunt de re mala ipsis convenienter, sed potius de bono effectu Ecclesiae et patriæ alias subsequente; non itaque appetitur malum absolute et simpliciter, prout malum. sed ratione boni. Jamvero, Sanctus Lig., H. A., 3.^o lib., 50, cum Divo Thoma et aliis communiter tenet licere malum temporale optare proximo ob bonum finem, dummodo charitatis ordo servetur, ita nempe ut malum temporale optetur ob bonum majus, quod certe contingit cum proximo malum temporale desideratur ob ipsius bonum spirituale, vel ob bonum commune sive spirituale sive temporale; sic licet optare mortem hæresiarchæ vel publicæ pacis perturbatori, ob bonum commune et multorum; et hoc consonat desideriis a Davide et Prophetis multoties expressis de inimicis Dei ejusque populi perdendis; nec non verbis Apostoli ad Gal. 5, 12, ajentis: Utinam abscindantur, qui vos conturbant. Neque per se in secunda casus parte graviter peccasse dici potest, si apposita conditio auferat operis malitiam, quia tunc desiderium fertur in objectum malitia denudatum; et hoc evenire potest in iis sclo jure positivo vetitis, et etiam in iis jure naturali vetitis, quæ in aliquo casu vel statu licita sunt, v. gr., inimicum occiderem, si Deus mandaret. Hæc intellige, si voluntas actuali affectu non feratur in tale objectum malum, sed tantum sit significatio propensionis naturalis in illud, aliequin culpa non vacaret. Ita S. Alf., L. 5, 15, Quær. cum communi. Tamen valde otiosa, imo et periculosa talia desideria sunt, cum facile in eis reperiatur aut adesse possit delectatio de objecto pravo, quæ, illicita prorsus est, maxime in re venerea, et in jure naturali prohibitis, ut notat Cajetanus et alii apud Gury. Nec a fortiori in ultimo casus extremo gravis peccati reus damnandus est I., cum in ejusmodi desiderio solum ostendat repugnantiam vel potius displicentiam voluntatis in adimplectione obligationis recitandi officium divinum propter molestiam vel lassitudinem; non autem intentionem infringendi præceptum, nec sese ab obligatione legis subducendi; quæ quidem voluntas, *in sensu diviso legis*, ut cum auctoribus loquar, nihil deordinatum per se continet, nec proinde peccatum; ita omnes. Verum enimvero, quam inutilia ac prorsus aliena a spiritu lenitatis et mansuetudinis, quæ in christiano quopiam atque præcipue in sacerdotibus elucere debet, illa gaudia desideriaque sint, cuilibet intelligi datur; quapropter ab aliquo inordinato affectu et culpa, saltem veniali, immunia nequaquam in praxi aut per accidens sunt existimanda.

